



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CLV. Die Markgrafen Otto und Albrecht von Brandenburg verkaufen und
verleihen den Grafen Ulrich und Albrecht von Regenstein die
Schirm-Vogtei über das Stift Quedlingburg, welche ihr Vater, Markgraf ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CLIV. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Albert, schenken dem Kloster Broda den Zins von 6 Hufen Landes bei der Stadt Neu-Brandenburg, die Fischerei in dem Ausflusse des Sees Piep in den Tollensee und das Dorf Wendisch-Nemerow mit der Mühle, am 10. April 1273.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Ut ea, que aguntur in tempore, non simul cum tempore dilabantur, poni solent in linguis testium atque scriptis authenticis perhenuari, vt, si necesse fuerit, in eisdem memoria iocundetur. Hinc est, quod nos Otto et Albertus, Dei gracia marchiones Brandenburgenses, notum facimus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, et tenore presentium protestamur, quod nos ecclesie sancti Petri in Brode et fratribus in eadem Deo seruientibus infrascripta bona donamus cum omni potestate et iure omnique vsufructu et omnimoda libertate, sicut eadem habuimus vsque modo, propria et perpetuo possidenda: censum videlicet sex mansorum sitorum in Noua Brandeborch ciuitate nostra, insuper et omnem utilitatem vsusque piscationum, quem habuimus in decursu aque desluentis de stagno Lipiz usque in stagnum, quod Tolense vulgariter nuncupatur, ita tamen quod dicta ecclesia siue fratres predicti in stagnis superius nominatis nullum ius seu vsum ulteriorem piscandi habeant, quam in suis priuilegiis contineatur desuper ante datis; insuper villam flauicalem Nemerowe cum suis agris attinentibus molendinumque in eadem villa situm, sicut ipsum habuimus usque modo. Ut autem hec nostra donatio per nos et fratrem nostrum Ottonem, minorem adhuc annis, et per succedentes nobis heredes nostros in perpetuum inuiolabilis perseueret et maneat inconvulsa, presentem paginam ex certa nostra conscientia sigillorum nostrorum appensione supradicte ecclesie tribui fecimus communitam. Huius nostre donationis testes sunt: Henricus de Wudensuege, Henricus de Heidebrach, Arnoldus de Gera, Olricus de Konigesmark, Fredericus Soneke, Hermannus de Carpzowe, nostri milites, et Bartoldus nostre curie notarius, canonicus ecclesie Lubuscentis. Actum et datum Stargarden, anno domini M^o CC^o LXX^o III^o, quarto idus Aprilis.

Nach Lisch, Meckl. Jahrbücher III, 217. 218.

CLV. Die Markgrafen Otto und Albrecht von Brandenburg verkaufen und verleihen den Grafen Ulrich und Albrecht von Regenstein die Schirm-Vogtei über das Stift Quedlingburg, welche ihr Vater, Markgraf Otto, von den Grafen von Blankenburg erworben hatte, ingleichen das kleine Schloß Lewenberg, am 11. Mai 1273.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Otto et Albertus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, notum facimus vniuersis, tam presentibus quam futuris, ac tenore presentium protestamur, quod nobilibus viris Comitibus de Regenstein, dominis Olrico et Alberto, aduocatiam in Quedelingebruch, vacantem et infeodatum, cum omni iure et utilitate, secundum quod eandem pater noster felicis memorie, dominus Otto, quondam Marchio Brandenburgensis, a nobili viro, Comite Sifrido de

Blankenburch, emerat, pro quatuor milibus Marcarum puri argenti vendidimus, cum paruo castro Lewenberch et ipsius omnibus attinenciis, secundum quod a domino Jordano de Gerstorp idem Castrum pater noster emerat antedictus, et ipsis eandem aduocatiam cum Castro jam dicto in iustum feudum concessimus perpetuo possidendum. Quicumque autem aduocatiam infeodatam ab antedictis nobilibus nollent recipere, immo ad preces eorum et nostras moniciones in feudum ab ipsis recipere reculerent; ad bonum dictorum nobilium eam in nostra warandia retinebimus, quousque ipsi, quod ab eis recipiatur, potuerint ordinare. Hiis placitis interfuert et sunt testes nobiles et milites infra scripti: Burchardus Comes de Mannefult, hinricus Comes de Regensten, Albertus de Arnsten nobiles, Geuehardus de Aluenfleue senior, hinricus pincerna de Donstede, theodericus de Torgouwe, Arnoldus de jagouwe et alii quam plures milites et famuli fide digni. Ne autem super predictis in posterum dubium aliquod oriatur, immo per nos et heredes nostros inuolabiliter obseruentur, hanc paginam inde conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum et actum in Campo apud villam Estede, Anno Domini M^o. CC^o. LXXIII^o. quinta feria dominice, qua cantatur Cantate domino.

Nach dem im Herzogl. Landeshaupt-Archive zu Wolfenbüttel aufbewahrten Originale. — Ungenau in der Zeichnung abgedruckt in Grath's Cod. diplomat. Quedl. 251.

CLVI. Markgraf Albrecht resignirt dem Bischöfe von Halberstadt den Zehnten über 15 Hufen zu Alt-Haldensleben, ohne Datum.

Venerabili domino suo halberstadenſi episcopo Albertus, dei gratia Brandenburgensis Marchio, quitquid potest seruiicii et honoris. Dominationi vestre significamus presentibus protestantes, Quod nos decimam quindecim Mansorum in antiqua aldeſſene ecclesie vestre liberos dimittimus resignantes. Quapropter litteram presentem sigilli nostri impressionibus communimus, Ne alicui in posterum hinc inde aliquod dubium oriatur.

Nach dem Originale des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg.

CLVII. Die Markgrafen Otto und Albrecht von Brandenburg resigniren dem Bischöfe von Halberstadt den Zehnten von 24 Hufen zu Alt-Haldensleben, ohne Datum.

Venerabili domino suo volrado, halberstadenſi Episcopo, Otto et Albertus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, Quitquid possunt obsequii et honoris. Tenore presentium publice protestamur, quod dominationi vestre resignamus, vna cum fratre nostro, Ottone puero, viginti quatuor mansorum decimam in antiquo haldeſſene, renunciantes quod in ipsis mansis habuimus omni iuri, Promittentes firmiter, Quod dictam deci-